TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0637

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

637
Joppi

Msso Joppi
Cimbriaci Carmina

BIBLIOTECA CIVICA
UDINE

QVINCTII AEMILIANI CIMBRIACI POETAE, AC COMITIS PALATINI

CARMINA

CIMBRIACVS POETA AD SVVM LIBELLVM

[illegible]

QVINTII AEMILIANI CIMBRIACI POETAE AC COMITIS PALATINI [illegible] DICOLOS TETRASTRO-PHOS AD NICOLAVM DONATVM AQVILEIENSIVM PATRIARCHAM ENCOMIASTICON.

[illegible]

QVINTII AEMILIANI
CIMBRIACI
POETAE, AC COMITIS PALATINI
CARMINA.

CIMBRIACVS POETA AD SVVM LIBELLVM.

Dum tantum properas exire ingrate Libelle,
Teque putas doctis posse placere viris:
Dum tibi blandiris, dum tu te credis olorem,
Ibis in Aonium garrula pica nemus.
Quod si non audis, Patriarchae tecta subito;
Illic, aut nusquam, tutior esse potes.

QVINTII AEMILIANI CIMBRIACI POETAE, AC COMITIS PALATINI ODE, DICOLOS, TETRASTRO= PHOS.
AD NICOLAVM DONATVM AQVILEIENSEM PATRIARCHAM ENCOMIASTICOS.

Antistes fidei nobilis arbiter,
Qui sic ab Venetis ducis originem;
Ut sis Chaonia purior alite,
Quae sacrum volitat nemus.
Si quando vacuum deditur ocium,
Vel cum coelitibus feceris hostia;
Auditis etiam post epulas reis,

Tum

Tum versus legito meos,
Quos nunc ad citharam lusimus, et tuas
Laudes sic obiter strinximus: ut queas
Addictam domui Cimbriaci sacrae
Vatis credere barbiton.
Quod si me audieris, si dederis loci
In sacris mi aliquid pectoribus lebens,
Credar posse feras, et Stygios lacus
Docto flectere carmine.
Credar Strymonio blandius Orpheo
Amneis vorticibus sistere concitos,
Inferno et volucres aethere pendulos
Sacro ducere pectine.
Quod si non mereor; tunc alitibus malis
Quis cinctus veneror tempora frondibus,
Proscindam et calamos, ne ferar omnibus
Tristis fabula compitis.
Qui frustra fidibus carmina dedites
Vates Aeolus non bene concinam,
Cum possim melius perdere tempora,
Et qui non redeunt dies.

DE VET. AQVIL. CLARITVD. Q. AEMIL. CIMBR. POET. ET COM. PAL. RHAPSODIARVM LIB. VI. AD NICOLAVM DONATVM AQVIL PATRIARCHAM.

Praesul honorate blandissima gloria gentis,
Et vere antiquae fama suprema domus:
Quod te

Quod te sic meritum, sic integritate nitentem
Complexa est cupido nunc Aquileja sinu.
Quod te suscepit sedes, Patriarchica sedes
Quam fuerat duplo est nunc tibi major honos.
Creta licet titulos dederit, sed Creta minores,
Nutrix Dictei credita terra Jovis.
Dives opum grandes etiam tibi Cypros honores
Auxerit, Idaliis qua fluit unda jugis.
Quidni? si Phaeton plus luminis exhibet orbi,
Quam cum noctivagos Cynthia jungit equos?
Ipsa tibi quamvis lumen non condita nube
Praeferat, ut facias nocte, viator, iter
Si quis in Oceano surgentes conferat undas,
Tot magnum fluctus non habet Ionium.
Vota licet mediis deprensus nauta procellis
Se liget joniis cum prece ferre Deis.
Haec sedes, quae te merito veneratur honore,
Accedit titulis proxima Apostolicis.
Dent veniam, fando si quis modo vellimus auras,
Haec quondam sceptris altera Roma fuit.
Nondum condiderat mediis in fluctibus urbem,
Quae nunc tot gentes sub ditione tenet;
Aurea qua Divi surgunt penetralia Marci,
Obvia tunc nautis canna palustris erat.
Sic qua nunc Veneti tam magna negotia curant,
Nereus Adriacis regna tenebat aquis.
Qua placido portus nunc accipit aequore nautas,
Huc non auditas expulit unda rates.
Quum prima exactus ductor Trojanus, et urbe,
Per varios casus venit ad Euganeos.
Nunc si quis videat, certe non cogitat unquam
Olim quae Veneta stagna paludis erant.
Quin

Quin rerum dominam spaciatus forte per Urbem
Si legat attentis omnia visa oculis;
Esse hic stelligeri veneranda palatia olympi
Credat, et innumeros hic habitare deos.
Sic rerum series, sic magnus vertitur ordo,
Ac in se fati sic redeuntis opus.
Omnia mutantur, nihil est sub sidere, quod non
Cogatur varias ire, redire vias.
Et nunc patroæ vix extant Palladis arces,
Horrida sylva tenet nunc, ubi Troja fuit.
Concidit et Babylon nostris ditata trophæis,
Concidit et Carris nobilis urna senis.
Quæ nunc est Venetos urbs imperiosa per æquor,
Hæc eadem Carnis tunc Aquileja fuit.
Castella in tumulis etiam quamplurima carnis,
Tot Romanorum regna fuere ducum.
Hæc olim, Antistes, majori carmine dicam,
Ac titulis addam nobile stemma tuis.
Ni me Castaliis cogat decedere lucis
Horridulæ morti proxima pauperies,
Qua premor: ut Venetus non jam magis urgeat hostem,
Verum suppetias tu mihi ferre potes.
Sunt tibi divitiæ, quibus e virtute fruaris,
Est clarum prisca nobilitate genus.
Sunt mores, fidibus si committantur amœnis,
A sera digni posteritate legi.
Vastator Lybies urnas concessit avorum
Largitus vati, seque, suamque domum.
Sustinuit tenuem victor Messalla Tibullum,
Posset ut orphæa notior esse lyra.
Auxit Vergilium veneratus Cæsar, ut olim
Inferret Latio per freta tanta deos.
Flaccum

Flaccum Mæcenas Albanis jussit in agris
Pectine Lesboeam sollicitare fidem.
Tu quoque si nostris, Præsul, dabis ocia plectris
Laudibus extollam teque, tuumque genus.
Nunc satis; antiquam paucis laudasse Cathedram,
Dum tenui moveo fila canora manu.
In qua sic sedeas imitatus facta priorum,
Qui cœli nitidos hinc subiere globos.
Ut cum fatales Lachesis tibi neverit annos,
Factus cœlorum Spiritus astra petas.
Teque colant gentes: cineresque, et ossa recondent,
Unde sibi quærat credulus æger opem.

RHAPSODIA II·DE AQVIL·DIOECESI.

Anne tibi gratum fiat, si carmine fabor,
Antistes, solio debita jura tuo?
Atque id summatim, ne longa exorsa secutus
Offendam numeris pectora sacra meis;
Divinasque aures, quæ sic majora sequuntur,
Ne possis fidibus usque vacare meis.
Ergo summa sequar. Carni tua jussa facessent,
Quos Alpis saxis, quos mare claudit aquis.
Alpis ad boream scythicos curvantur in arcus,
Verberat æquoreas humidus Auster aquas.
Noricæ gentes, et duri terra Liburni
Audiet edictis, imperiisque tuis.
Et per quas rupes cœlo spectabilis Argos
Vecta humeris fluctus venit in Adriacos.
Qua celer Hæmonias Nauportus summovet undas,
Alpinis rapidum flumen ab aggeribus.
Tunc et Pollucis septeno fonte Timavi

Demissi rapidas Cyllarus hausit aquas.
Sic quæ terribiles posuerunt mœnia Colchi
Tempore, quo ~~fugit~~ fugit filia sæva patrem.
Fraterno stygios saciavit sanguine manes,
Cujus et Absyrtis Insula nomen habet.
Non satis. Argivi succendit tæda tyranni
Impia, sic læso sic in amore furens.
Ergo fugam approperans venit, qua surgit in altum,
Qui de Medea nomina Collis habet.
Tristis ambages, horrendaque murmura nocte
Sentit adhuc quisquis arva propinqua colit.
Curre sub immitem, qua tendunt Pannones, Istrum,
Qua Dacos horrificos, qua Sacos urget aquas.
Illic Antistes quæcumque ab origine gentes
Sponte fatebuntur jure subesse tuo.
Hinc ubi digressus, tum recta dirige cursum
Qua geminum extendit Alpis utroque latus.
Qua fert in Rhætos montani terra Tridenti,
Quæ fertur pueri notior esse nece.
Clam matre exceptum, et charo genitore peremit
Hunc judæorum sordida turba canum.
Cujus et immensum penetrant macula mundum,
Divinamque frequens turba fatetur opem.
Sunt hæc: mactati pueri quum videris urnam,
Dices Ortygio vera magis Tripode.
Perge hinc ulterius per Norica saxa, procellis
Lavius assurgens qua tonat usque lacus.
Gens tibi Græca genus meritos præstabit honores,
Illa Diœcesis sub ditione tua est.
Flecte tuos iterum, sed plana per æquora, gressus
Ad Phaetontæos qua strepit unda rogos.
Hinc odisse patris currus, et flere sorores

Aspicies

Aspicies fratris tristia busta sui.
Tum mitire oculis, tum lata prospice gentes,
Quidquid erit terræ sub tua jura venit.
In Carnos redeas: Mantus tibi Mantua vatis
Occurrat, priscis Mantua dives avis,
Quæ te vate sacro remorabitur, et tibi dicat:
Est mihi Smirneæ proxima fama lyræ.
Hinc Verona potens, docto celebrata Catullo;
Hinc et Cennomani Brixia alumna soli.
Et mea cara parens: musis dilecta canoris,
Quæ bibit egelidas Bachilionis aquas.
Dexter abi; Illiacæ, profugique Antenoris arces,
Urbsque tuum sequitur, Tauvisiumque forum.
Ne Bellunenses, ne Forti prosequar arces,
Judicium sequitur Cenneta parva tuum.
Et quæ scissa jacet raptis Concordia muris,
Qua Romatini flumina rauca sonant.
Sive Tergestræis quæ rupibus addita cornis,
Mœnia, jam sævis condita Japidibus.
Et quæ commoto circumfurit Adria fluctu,
Aut rapidum extremis attonat æquor aquis.
Cum tibi tot gentes, tam latus pareat orbis,
Omnibus una tamen plus Aquileja placet.
Urbs vetus, et quondam priscis habitata Latinis,
Urbs contra incursus condita barbaricos.
Et merito: quando sola hæc insignia honorum
Tradit, et ut vere sis Patriarcha facit.
Quamvis Hunnorum vesanos passa furores,
Vix nunc excidii signa relicta ferat.
Ut si quis videat, nec fama acceperit, olim
Non aliam, quam quæ sceptra Leonis habet;
Non credat tantum bella potuisse, tumultus,

Quodque

Quodque subinvertit omnia tempus edax.
Debuit hæc primum sanctos audire precatus
Ipsa tuos, feres cum pia vota Deo.
Qualis quum sacras Samuel processit ad aras,
Atque preces retulit, atque holocausta dedit.
Tunc ego te vidi, et stupefactus pectora dixi:
Plus tibi, Roma potens, plus tibi, Roma, feret.
Sed quis præscribat vitæ tibi facta minoris?
O Decus, o Veneti gloria magna soli?
Cui sic Castalius lucus blanditur, et antrum,
Dirceusque liquor, Coriciusque furor.

RHAPSODIA III·ENCOMIASTICOS

Cum te multiplici certatim munere honorent,
Et variis studeat quisque placere modis.
Ecquid ego ad citharam possum tibi ferre sonoram?
Ne tacitus numeris prætereare meis.
Non sum Mimnermus, fateor, nec sacra philetæ,
Sed nec Threicæ sunt mihi plectra lyræ.
Ipse tamen quicquid tenui vel carmine possum,
Id totum, Antistes, in tua vota feram.
Neve tui mores sileantur, neve per orbem
Non tua cantetur tam generosa domus.
Ergo tuos miratus avos, et facta tuorum,
His te sic meritum prosequar ominibus.
Scilicet ut vivas longissima tempora felix
Usque in Cumæos, Nestoreosque dies.
Quando sacrabis sic es tu deditus aris,
Ut te sit nullus Relligione prior.
Certe concordes debent tibi longa sorores,
Ac bene felici stamina ducta manu.

Et quæ

Et quae Scaligeri fuerit concordia caeli,
    Quum solem aspiceres natus in orbe novum.
Vives, et longum spargetur fama per aevum,
    Terrarum quantum circuit Oceanus.
Non de plebe tui, qui te genuere, parentes,
    Est tibi de summa nobilitate genus.
Adde, quod in Venetis, quorum, si vera fatemur,
    Sunt nunc a superis regna secunda deis.
Verum haec cum multis tibi sunt communia, certe
    Illud de meritis nunc venit omne tuis.
Quod morum probitas, quod summa modestia vitae,
    Ac tibi plus aliis mitior est genius;
Quodque usus rerum, sacrique scientia juris,
    Doctaque per numeros currere lingua ~~tuos~~ suos.
In te justitia est, in te reverentia recti,
    Veraque non ficta cum pietate fides.
Non tibi divitiae, non desidis ocia vitae,
    Blanditurve aurum plurima causa mali.
Uteris, ut fas est: large succurris egenis;
    Abs te non vacuus pauper abire solet.
His Donatorum renovas cognomina factis,
    Atque tuae superas nobile stemma domus.
Ut ferrugineos vincunt aestate hyacinthos
    Candida Pestanis lilia nata jugis.
Non auro, ut multi, sacros mercaris honores,
    Nec falsum quaeris ambitione decus.
Hoc quod habes, meruit quondam tua splendida virtus,
    Virtus tam multis cognita ~~judiciis~~ judiciis.
Non tu venales exponis mitibus aures,
    Flectunt judicium munera nulla tuum.
Talis erat judex qui nunc sedet Aeacus umbris,
    Talis vel Minos, vel Radamanthus erat.

Ergo majores

Ergo majores olim, mihi credito, honores
Impendet meritis debita Roma tuis.
Non haec meta tibi; longe majora sequeris,
Si mea Pierium pectora numen habet.
Et qui Pisaei meruit nunc maxima cursus
Praemia, victor equs saepe minora tulit.
Iam sperare potes rubei sacra dona galeri,
Et quicquid Romae regia majus habet.
Tunc ego fatales si tantum proferat annos,
Quae sic observat parca severa diem.
Ad Citharam gemina redimitus tempora lauro,
Laudibus extollam, teque, tuamque domum.
Plus erit hoc quam si caelatus dente nitares
Indo, aut Mentoreo vivus in aere fores.
Plus erit hoc, quam si ductos e marmore vultus
Spectaret Pario patria chara tuos.
Haec pereunt usu renovat se musa per aevum,
Qualis ad auroram sic nova semper Avis.
Qualis fraternos iterum quin legerit ignes,
Innovat et vultus menstrua luna suos.
Ergo Smyrnaeis subtexam nomina chartis
Ipse tua, ut possis ire per ora virum.
Ni subeant votis contraria fata secundis,
Aut mea Pierius deserat ora calor.

RHAPSODIA IIII. ENCOMIASTICON DE CONCEPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS.

Qui Mariam veterum maculam (1) traxisse parentum
Credidit; ah (2) nimium credulus ipse (3) fuit.
Et qui non doctas scelus hoc diffundit in aures,

Ah quanta

(1) culpam MS.° Miutino.
(2) ehu MS.° Miutino.
(3) illa MS.° Miutino.

Ah quanta motus impietate furit.

(1) Et cur hoc credam? ms.° miutino.

Cur ego sic credam (1) ni malem forte videri
Esse? quod antiqua simplicitate vetor.

Hi quatuor versus absunt a Ms.° miutino.

Te testem appello, cui coeli arcana patescunt,
Praesul, Donatae spesque, decusque domus.
Et te, sancta Parens, hoc non me credere, quamvis
Arguta quidam garrulitate ferant.

Non decet hoc de te quemquam sperare, loquive,
Qui colat hanc nostram cum pietate fidem.

(2) De ms. miut.

Si (2) praeservato potuisti semine nasci,
Quae fueras Mater Virgo futura Dei.
Et cur non potuit, qui terras fecit, et undas

(3) Ex ms miut.

De (3) nihilo, et summis addidit astra polis.
Aut cur non voluit, cum sit dignatus, ut esses
Post etiam sanctum Virgo puerperium.

ms. miut. habet insuper hi duo versus.

Salve sancta Parens enixa puerpera regem
Qui terras proprio numine, et astra regit.

Virgo Dei Genitrix hominum spes una, salusque
Concepta es, fateor, et sine labe sata.
Quod si quis me aliter cogat, vel morte fateri;
Non faciam; plus est cum pietate mori.
Anne domum decuit maculari labe parentum,

(4) Sancto ms. miut.

Quae fuerat magno (4) post habitanda Deo?

ms. miut. habet insuper hi duo versus.

Quod si bellorum Dea maxima dicitur olim
De patris Aegiochi vertice nata Jovis.

(5) Cur non conceptam te puro semine credam ms. miut.

(6) Ac culpam primi non habuisse hominis? ms. miut.

Cur te conceptam maculato semine credam (5)
Aut primi culpae succubuisse hominis? (6)
Si tu sola Deum potuisti ferre Deorum
In tua cum venit viscera factus homo?
Tu Virgo, tu Sancta Parens, tu Filia Nati,
Quod natura stupet, crederis esse tui.

ms. miut habet insuper.

Tu rubus ille ardens, et non combustus in igne:

Tu radix

ms. Miut. habet insuper. (Tu radix Jessa: tu Terebinthus eras.

Sancta prius fueras, quam sydera ferret olympus,

(1) tellus Ms° Miutino.

Gramina quam terras (1) quam mare habet aquas.

Et quod non unquam decursis contigit annis,

Quamvis antiquo quaerat ab usque Chao.

Nec quondam longo venienti fiet in aevo,

Quamvis excurrant saecula longa dies.

Absunt hi duo versus a ms° miutino.

Ante tuos nata (2) es, qui te genuere, parentes

(2) genita Ms° Miut.

Virgo caerulei stella (3) secunda (4) maris.

(3) portus Ms° Miut.

(4) et aura Ms° Miut.

Te vocat in mediis periturus nauta procellis,

Ne miser aequoreis immoriatur aquis.

Te vocat obscura conclusus carceris umbra,

Ut per te possit (5) liber abire domum.

(5) Ut liceat per te Ms° Miutino.

Et desperato confossus vulnere miles

In te conversus, Virgo, precatur opem.

Et se commendat solae tibi, sancta, viator,

Hostibus obsessas quum timet ire vias.

Tu sola intactos defendis (6) ab hoste puellos,

(6) servas Ms° Miut.

Quae tibi vel sola virginitate placent (7)

(7) Quae sibi te pura simplicitate vocant. Ms° Miut.

Vocem audit surdus, vel (8) caecus suspicit astra,

(8) nova Ms° Miut.

Et per te loquitur, qui modo mutus erat.

Per te jam factis potis est remeare sepulcris

In vitam fati (9) mortuus ante diem.

(9) fatalem in vitam Ms° Miutino.

Non mihi si centum sint ora sonantia linguis (10)

(10) possim Ms° Miut.

Pro meritis possim (11) facta stupenda loqui.

(11) Sat tua pro meritis Ms° Miutino.

Sed nec tam (12) brevibus fari miracula chartis,

(12) Nedum sic Ms. Miut.

In quibus eloquimur te sine labe satam.

Credimus hoc de te, longoque fatebimur aevo,

Auferat hanc hominum vis mihi nulla fidem.

Non si Cecropii crepitent incendia tauri,

Ac mortem intentent, suppliciumque grave.

Sic mihi contingant longissima tempora vitae,

Et bona

Et bona post mortem fama superstes [illegible]eat

(1) Et quum fabales ε ms. miut.

Sic ubi concessos (1) Lachesis mihi neverit annos,

Auxiliis nunquam deserar ipse tuis.

Sed meus aethereos conscendat spiritus axes,

Te duce, qua felix nunc super astra sedes.

Angelicosque choros; solio vel proxima nati

Aspectu fruaris liberiore Dei.

RHAPSODIA V. ENCOMIASTICON DE ANNVNTIATIONE VIRG.

(2) Si quis ades Mariae ε ms. miut.

Absunt hi duo versus a ms.º miutino.

(3) Moneo ms. miut.

ms. miut. habet insuper hi duo versus.

(4) Quam niveant circum ε ms. miut.

(5) Quam sit Virginei candida turba foci. ms. miut.

ms. miut. habet insuper hi duo versus.

(6) Haec quod miraris ε ms. miut.

Sic jubet Antistes (2), celebrator Virginis, inquam

Praeterita noctis conscius asto procul;

Sive alio scelerum vinctus quocumque teneris;

Aut si non credis hanc sine labe satam.

Esto procul: Mariae (3) sacros celebramus honores,

Ergo Virginei te decet esse animi.

Aspice: quae veniat praecinctus veste Sacerdos

Scilicet Arctoa candidiora nive.

Aspice quam niveant (4) solemni altaria pompa,

Pompa Sithonia candidiora nive. (5)

Te moneo ne laede Deam quo purior ulla

Non sit Vestalis non tua Phoebe soror.

Haec cui thura damus (6), Regem paritura Deorum

Concepit, nullo semine Sancta Parens.

Et peperit, quod plus etiam natura stupescit,

Illaesa Mater Virginitate Deum.

Hoc ~~[illegible]~~ et concordi cecinerunt ora Prophetae,

Hoc et ad Euboicos casta Sibylla focos.

Virgineum implebit quondam sine conjuge ventrem

Spiritus aetherei missus ab arce poli.

Tum pariet Virgo, terris Astraea redibit,

Atque

Atque iterum volvet aurea saecla dies.
Tum nova progenies cælo mittatur ab alto,
Innocuusque lupus tunc erit inter oves.
Et miratæ suos requiescent flumina cursus,
Et duræ quercus roscida mella ferent.
Et fieri æternus rerum mirabitur ordo
Non tactam Matrem Virginitate Dei.
Sic ad Erythræos pariunt conchilia fluctus,
Sic phœnix puras concipit igne faces.
Quum primum gemmæ turgent in palmite læto,
Omnis quo Zephyris tempore vernat humus.
Sancta dies venit: sancta cum mente venito,
Ac bene Virgineis ore faveto sacris.
Non candore tuos vincant argentea vestes
Lilia, non glacies, sithoniæque nives.
Sis animo teneris, sis purior ore columbis,
Cingant et pexos candida serta comas.
Arguto Phrygias percurrat pectine telas,
Attingat fusos nulla puella manu.
Hoc jubet Antistes, suspenso vomere durus
Solvat aratores rusticus ipse boves.
Nunc Deus humano clausit se corpore, quantum
Non terrarum orbis, non capit unda maris.
Huc pueri flores, teneræ date thura puellæ
Et cum Pæstanis lilia mixta rosis;
Quodque in odoratis mollis fert India lucis,
Quodque vehit tumidum per mare dives Arabs.
Dicamus laudes; sed quales ipsa solebat,
Cum legeret Mosy scripta veranda senis.
Venit ab æthereo Gabriel demissus Olympo,
Et stetit intactæ Virginis ante pedes.
Et stetit ante pedes, mandataque jussa peregit
Sedulus

Sedulus æterni nuncius ille Dei.
Salve, diva Parens, decus admirabile mundi
Virgo Palæstinis sacra ministra focis.
Salve Virgo; Deus, quem totus non capit orbis;
In tua descendit viscera factus homo.
Ergo cum novies sibi Luna relegarit ignes,
Mater eris, salva virginitate, Dei.

RHAPSODIA VI.

DE SACRIS MYSTERIIS CHRISTIANIS.

Si quis forte petat, quanto sit honore Sacerdos,
Et quantum in nostra Relligione decus.
Cogitet hircorum placatos sanguine manes,
Et data de nobis sæpe holocausta dies.
Crudeles aras, et mysthica sacra Dianæ,
Et bovis, et cychni sordida furta Jovis.
Tum nostras illis priscorum altaribus aras
Conferat, et Christi sancta ministeria.
Addes; quod nunquam decursis contigit annis,
Quamvis antiquo quærat ab usque Chao;
In carnem venisse Deum, mortemque subisse
Passum pro nobis, sputa, flagella, crucem.
Ut nos errantes stygiis revocaret ab umbris
In lucem, et regni gaudia magna sui.
Qua non pallentes morbi, non tristis egestas,
Non habitat tremulo curva senecta pede.
Non hanc finxerunt veterum mendacia Vatum,
Non peperit nobis fabula vana fidem.
Hanc homines docuit verbo, qui cuncta creavit
Ex nihilo, et summis addidit astra polis;
Quique suum patitur verum cum sanguine corpus

Contrectare

Contrectare manu sacra ministeria.
Ergo quotidie positis se Altaribus offert,
Ac fit pro nobis hostia vera patri.
Plenius ingrediar stellantis gloria cœli,
Christe fave, da te Mysthica sacra feram.
Tu de stelligero terris demissus olympo
Nullo hominum verus semine factus homo es.
Ut nos antiquo *gratis errore lavares,
Vulneribus sanans vulnera nostra tuis.
Unde novem menses Mariæ gestatus in alvo
Ante asinum es passus nascier ante bovem.
Quod natura stupet, quod nunquam viderat ætas;
Intacta Matris Virginitate tuæ.
Ergo solliciti nato tibi munera Reges
Thus, aurum, myrrham mystica dona ferunt.
Tu sæpe esuriens vagire sub ubere, sæpe
Passus es hybernæ frigora, ferre hyems.
Quum puer Herodem fugeres, qua Nilus abundans
Læto præpingues flumine reddit agros.
Vix tua bissenos ætas finiverat annos,
Quum Solymi audito te stupuere senes.
His te sollicito quærebant corde vacantem
Tristis et ille senex, tristis et illa parens,
Ipse loquebaris nullis audita priorum
Verba puer, sero verba stupenda seni.
Sic quum nectarei mutasti in vina liquoris,
Quas prius agelidas hydria habebat aquas.
Iam mundo manifestus eras; tua verba secutus
De te quærebat plurimus æger opem.
Nec ope frustratus subito tua numina sensit,
Quisquis te verum crediderit esse Deum.
Illicet immensum ~~tripo~~ tripodes siluere per orbem,
Et Dodonæis

Et Dodonæis alba columba jugis.
Nunc oblita surgunt reseratis morte sepulcris,
Et quæ non habuit lumina cæcus habet.
Sic claudis gressus, surdis sic reddis, et aures,
Atque tuam muti lingua fatetur opem.
Tu siccis pedibus curris freta concita ventis,
Sub magno fluctus conticuere Deo.
Et tu quinque hominum pavisti millia quinque
Panibus exiguis, satque fuere tamen.
Quin etiam cophinos (dictu mirabile) plenos
Sustulit ad numerum turba ministra suum.
Quid? quod de cælo tibi missa columba locuta est,
Quodque tuum lavit fluminis unda caput.
Tu quoque discipulis coram mutatus, et ipse es,
Qui fueras olim, quique futurus eras.
Cætera quid referam? si cætera dicere pergam,
Ante diem junctis clauderet Hesper equis.
Denique pro nobis tristissima fata subisti,
Verbera perpessus, suppliciumque Crucis.
Et tua composito jacuere membra sepulcro,
Dum lux soligenos tertia vidit equos.
Interea nigri spoliabes tartara regis,
Post iterum vivus lucida in astra venis.
Te videre tui longum vexilla ferentem,
Et tetigere latus, et tetigere pedes.
Perque dies multos de regno verba locutus,
Et quæ servarent simplicitate fidem.
Tandem sideream remeasti victor in aulam,
Inque patris sede dexteriore sedes.
Ergo triumphator, devicta morte, ministros
Te tibi jussisti ferre perenne sacrum.
Atque tuas gerere usque vices, dum veneris ipse,
Claudere

Claudere coelestes, nec reserare fores.
Unde, Sacerdotes, summos fateamur honores;
Et verum nostrum saecula habere Deum.

FINIS.

HISTORICON AEMILIANI CIMRIACI POETAE, AC COM. PALATINI DE INTERITV BEATI SIMONIS PVERI TRIDENTINI.

Quam totum innumero confectum vulnere cernis,
Et lachrymas hospes dum mea fata vides.
Forsitan ignoras, fuerim qua morte peremptus,
Et nomen quaeris, et genus, unde fui?
Ne longum quaeras, paucis, adverte, docebo:
Hic nostri Christus carminis auctor erit,
Qui cum foelices aeternum demoror annos,
Angelicis mixtus nunc super astra choris.
Urbe Tridentina non grandi stemmate natus,
Si nescis, Hospes, sum Puer ille Simon.
Heu scelus infandum! quam funere mersit acerbo
Nuper Haebraeorum sordida turba Canum.
Accipe inauditum facinus licet omnia volvas
Exempla, et veterum nunc monumenta senum. (1)
Non te detineo longum, tu crimine ab uno
Disce, precor, quantum gens scelerosa (2) ~~fuit~~ furit.
Ac fuge crudelis post (3) haec commercia gentis
Exemplo factus cautior ipse meo.
Et vos, o pueri, quando mea fata videtis,
Ne Judaeorum credite blanditiis.

(1) Patrum. MS. Palladio.
(2) scelerata MS. Palladio.
(3) posthac MS. Miniani

Tempus

Tempus erat, quo sylva nova mox fronde virescit,
Atque renascenti gramine vernat humus.
Impia quo ritus, quamvis Synagoga nefandos,
(1) illa ms. Palladio — Et celebrat fastos, quos habet ipsa (1) dies.
Quove resurgentis redeunt solemnia Christi,
Qui regna inferni vicit, et astra subit.
Venerat ergo dies caedem visura ~~nefand~~ nefandam,
Et sacra de nobis non placitura Deo.
Tunc statuunt Aras veterum de more parentum,
(2) tunc ms. Palladio. — Accumulantque sacris jure (2) Holocausta focis.
Sed praeter ritus, tetrum quo pellat odorem,
De nostro panes turba cruore facit.
Haec loquor expertus, non te per ficta sequentem
Verba traho, nostri mors tibi testis erit.
Judaei (quoniam saxosis vectus ab agris
(3) huc levigi prisco more af. ms. Miutino. — Hic adstans prisco more juvencus erat.) (3)
Conveniunt subito Davi Samuelis ad Aedes;
Hic Judaeorum, tunc Synagoga fuit.
Multaque dum secum vario sermone volutant,
Impia crudelis Angelus ora movet.
Ille quidem indignus tam sancto nomine, quando
Cor durum illius nulla movet pietas.
Ergo prius vario respexit singula vultu,
Atque haec subtristis impia verba facit:
Ad solemne sacrum, solitaque ad fercula caenae
Omnia non ~~desunt~~ adsunt: caetera conticuit.
Percepit vocem crudelis turba nefandam;
Hic erat et Moses callidus arte senex.
(4) Ms. Miutino Quoi. — Cui (4) tristis vultus, promissaque barba fluebat
Ardentesque oculi, sanguineaeque genae.
Qualis ad infernos memoratur portitor undas,
(5) Totiens ms. miut. — Qui toties (5) Stygios itque, reditque lacus.

Crudela

Credula sperabat divino turba furore
Hunc aliis motum posse futura loqui.
Is puerum hortatur judaeos quaerere, cujus
Admixto panes sanguine conficiant.
Confestim exoritur contentio summa, laborant
Quaesisse, inventor quis valet esse mali.
Hic socium dictis Samuel hortatur amicis,
Inque scelus tentat pellere blanditiis;
Quaeis centum aureolos jungit; non accipit ille,
Sed cum sarcinulis territus urbe fugit.
Inveniunt Tobiam, monstrum crudele nefandum,
Is subit, accepta condicione, scelus.
At, quamvis esset verbis pellectus, et auro,
Haesitat et secum fluctuat ipse tamen.
Qualis in Aegaeo, quondam certantibus Austris,
Nunc huc, nunc illuc acta(1) carina salit.
Cognovit fluctus Moses animumque labantem:
Quid dubitas, gentis fama futura tuae?
Rumpe moras, timidos audax fortuna repellit,
Et mira fortes adjuvat arte viros.
Nec scelus est meritas inimico sanguine poenas
Exigere; haec nobis si moveat ora Deus;
Si Moses ventura videt, si voce Prophetas
Veridica exequitur, te jubet haec facere.
Sic ille infelix dictis commotus amicis
Solvit ad infandum tristia corda nefas.
Sic pendet dubius summotis nubibus aer,
Sic pulsus vento solvitur in pluvias.
Ergo barbareas quoniam conceperat iras,
Insidias quaerit, qui(2) paret, unde queat.
Qualis venator sequitur vestigia cervi,
Aut leporem docto quaeritat ore canis.
Egrediturque

(1) icta ms. Mut.

(2) Quoi ms. Palladio.

Egrediturque foras, missusque perambulat urbem
De Stygiis locubus in mea fata canis.
Tunc ego ludebam facto modo vespere solus
Ante domum, et nostras parvulus ante fores.
Ecce venit pueri quaesitor saevus, et ultra
Quem duxit, tacito lumina cuncta notat.
Ut nullum videt ipse domi, me voce moratur,
Ac per blanditias me capit ille manu.
(1) carebat ms. Palladio. Quod mihi venturum fuerat, crudele canebat (1)
(2) Moeroris ms. Pallad. Neronis (2) nomen, tristitiaque meum.
Sic habuit nomen, nutu fatale Deorum,
(3) Phrigios ms. miutin. Qui fuit ad Stygios (3) hostia prima focos.
Sic miser Hyppolitus [illegible] laceratus equorum
Sanguine Parcarum tinxerat ora suo.
Ducebat blande: falsum tamen ipse notavi
Ductorem, et lacrymis non caruere genae.
Vix mihi ter denos jam tunc expleverat ~~[illegible]~~ orbes
Cynthia, nec poteram sat bene verba loqui.
Ah quotiens teneris vox intercepta labellis
Dicere conantem destituit miserum.
Sublimis rapior statim Samuelis in aedes,
Scilicet ad mortem suppliciumque grave.
Me viso laetis implent ululatibus auras,
Atque ferunt celeres ad nova sacra pedes.
Vix potuere moras optati ferre cruoris,
Tanta est humani sanguinis illa sitis?
Ut cum Getuli praedam videre leones,
(4) alta ms. Pallad. Aut Ursi informes, quos movet atra (4) fames.
(5) perferre ms. Pall. Vix proferre (5) moras, vix (6) expectare cruores,
(6) aut ms. Pallad. Vix jejuna queunt ora movere siti.
Me capiunt, cunisque locant, mea pectora somnus
(7) mea ms. Pallad. Occupat, in somnis tunc mihi (7) Mater adest.

Hei mihi

Heu. ms. miut. (1)
(2) Ah ms. miut.

Hei (1) mihi qualis erat, quantas dabat ore querellas
Heu (2) quotiens frustra est visa vocare Deum!
Quis te surripuit nobis, mea vita, meum cor?
Quo sine non possum vivere, malo mori.
Illi crudeles admorunt ubera Tigres
Hyrcanas inter, Bistoniasque feras.
O dulces oculos, toties quibus oscula fixi,
O nimium pueri blanda labella mei!
Formosam faciem, pulchros sine fine capillos,
Colla flagellantes, candidulasque manus.
Quid moror? aut carum Superi mihi reddite Natum,
Natum divitias, delitiasque meas.
Aut si forte jacet, fatis mihi raptus iniquis,
Me quoque: sic dicens languida dirriguit.
Sic me quaesierant, sic me tota urbe vocarant,
Et carus genitor, et mea cara parens.
Donec jam sera (3) moniti decedere nocte
Me sine, vel tristes vix (4) abiere domum.
Excubior somno, medium transegerat orbem
Delia et in Stygiam (5) verterat Ursa boves,
Tunc me diripiunt cunis, et viscera (6) nudant,
Arrisi, et volui nescio quid loquier.
Sed me non sivit fari miserabilis aetas,
Qua potui duros forte movere animos;
Si foret his pietas duris mortalibus ulla,
Aut hominum posset mitius esse genus.
Sed vetus est illis in nos discordia, quantum
Et vetus est odium, primaque causa mali.
Ante lupis ergo timidus sociabitur agnus;
Et mare veliferum desinat esse prius.
Quam semel ex animis odium crudele recedat,
Aut Judaeorum sit pia turba canum.

(3) sera moniti decedere nocte. ms. miut.
(4) Sic ms. Palladio.
(5) Scythiam ms. Miut.
(6) ac pectora ms. miutin.

Me excepit

ductis MS. minut. Me excepit genibus Moses, in terga reductis (1)
Vestibus, ac nudis plus medio pedibus,
Et nudo capite, et nudis in parte lacertis,
Getuli ritu, moreque carnificis.
Ut vidi, ut teneros gelidus tremor occupat artus,
Congeminantque ictus excita corda metu.
Tunc mihi praestringit Samuel lactantia vittis
queri ms. minut. Guttura, ne possem sub mea fata loqui (2)
Inde mihi teneram divellunt forcipe carnem,
agnum ms. minut. Sic credas aprum (3) dilacerare lupos.
Edere vagitus volui, vel dicere: saevae
Quid facitis tigres? praeserat ora manus.
Qualis in Aegypto digitis sua labra duobus
Comprimit (ut memorant) Nobilis Harpocrates.
Luctabar, memini, contra, mecumque dolebam,
mater ms. minut. Inque meo semper pectore maeror (4) erat.
Quo magis obnitor, tanto magis urget anhelum
Spiritus, in medio verbere deficio.
Prosequitur facinus gens haec crudele nefandu,
Deque meo superis sanguine vota ferunt.
Tunc varia in Christum cuncti ludibria jactant,
Ac nostram irrident impia turba Fidem.
Praecipue laetos vultus in sydera versus
impia ms. Palladio. Exorsusque senex tristia (5) verba loqui.
Accipias, inquit, spumantem sanguine, Moses,
Accipias pateram, Christe beate, tuo.
semine ms. minut. Scilicet humano non ullo sanguine (6) nasci,
Virgineoque utero te potuisse rear.
Non sum tam stolidus, non tam delirus ob aevum
Non hanc admittunt pectora nostra fidem.
voluere ms. Pallad. Quam coluere (7) Patres, quam laudavere Prophetae
Hunc unum, hunc solum credimus esse Deum.
Nascatur

Heu. ms. miut. (1).
(2) Ah ms. miut.

Hei (1) mihi qualis erat, quantas dabat ore querellas
Heu (2) quotiens frustra est visa vocare Deum!
Quis te surripuit nobis, mea vita, meum cor?
Quo sine non possum vivere, malo mori.
Illi crudeles admorunt ubera Tigres
Hyrcanas inter, Bistoniasque feras.
O dulces oculos, toties quibus oscula fixi,
O nimium pueri blanda labella mei!
Formosam faciem, pulchros sine fine capillos,
Colla flagellantes, candidulasque manus.
Quid moror? aut carum Superi mihi reddite Natum,
Natum divitias, delitiasque meas.
Aut si forte jacet, fatis mihi raptus iniquis,
Me quoque: sic dicens languida diriguit.
Sic me quæsierant, sic me tota urbe vocarant,
Et carus genitor, et mea cara parens.
Donec jam sera (3) moniti decedere nocte
Me sine, vel tristes vix (4) abiere domum.
Excubior somno, medium transegerat orbem
Delia et in Stygiam (5) verterat Ursa boves,
Tunc me diripiunt cunis, et viscera (6) nudant,
Arrisi, et volui nescio quid loquier.
Sed me non sivit fari miserabilis ætas,
Qua potui duros forte movere animos;
Si foret his pietas duris mortalibus ulla,
Aut hominum posset mitius esse genus.
Sed vetus est illis in nos discordia, quantum
Et vetus est odium, primaque causa mali.
Ante lupis ergo timidus sociabitur agnus,
Et mare veliferum desinet esse prius.
Quam semel ex animis odium crudele recedat,
Aut Judæorum sit pia turba canum.

Me excepit

(3) seræ moniti decedere nocti. Ms. Miut.
(4) Sic Ms. Palladio.
(5) Scythiam Ms. Miut.
(6) ac pectora Ms. miutin.

(1) reductis MS. Mint. Me excepit genibus Moses, in terga redactis (1)
Vestibus, ac nudis plus medio pedibus,
Et nudo capite, at nudis in patte lacertis,
Getuli rita, moreque carnificis.
Ut vidi, ut teneros gelidus tremor occupat artus,
Congeminantque ictus excita corda metu.
Tunc mihi præstringit Samuel lactantia vittis
(2) queri MS. Mint. Guttura, ne possem sub mea fata loqui (2)
Inde mihi teneram divellunt forcipe carnem,
(3) agnum MS. Mint. Sic credas aprum (3) dilacerare lupos.
Edere vagitus volui, vel dicere: sævæ
Quid facitis tigres? presserat ora manus.
Qualis in Ægypto digitis sua labra duobus
Comprimit (ut memorant) Nobilis Harpocrates.
Luctabar, memini, contra, mecumque dolebam,
(4) mater MS. Mint. Inque meo semper pectore mæror (4) erat.
Quo magis obnitor, tanto magis urget anhelum
Spiritus, in medio verbera deficio.
Prosequitur facinus gens haec crudele nefanda,
Deque meo Superis sanguine vota ferunt.
Tunc varia in Christum cuncti ludibria jactant,
Ac nostram irrident impia turba Fidem.
Praecipue laetos vultus in sydera versus
(5) impia MS. Palladio. Exorsusque senex tristia (5) verba loqui:
Accipias, inquit, spumantem sanguine, Moses,
Accipias pateram, Christe beate, tuo.
(6) semine MS. Mint. Scilicet humano non ullo sanguine (6) nasci,
Virgineoque utero te potuisse reor.
Non sum tam stolidus, non tam delirus ob aevum
Non hanc admittunt pectora nostra fidem.
(7) coluere MS. Pallad. Quem coluere (7) Patres, quem laudavere Prophetae
Hunc unum, hunc solum credimus esse Deum.

Nascatur

Nascetur quondam, populos ut liberet omnes
Messias, cum saeclis venerit ora suis.
Sic male disperaeat coelo, terraque, marique
Gens tua, sic pereas tuque, tuumque genus.
Haec postquam (cunctis vel respondentibus. Amen)
Fudit in aeternum sordida lingua Deum.
Confestim laeto coelum clamore salutat,
Deque meo modicum sanguine quisque bibit.
Jamque propinquabam laetho, jam luce carebant
Lumina, jam mortis venerat hora meae.
Pallidus ora color, teneros tremor occupat artus;
Quid moror? aeterno frigore corripior.
Illicet attollunt morientem et brachia tendunt
Qualiter et Christum tunc habuisse ferunt.
(1) Quom ms. Pallad. Quum (1) genus humanum miseranda morte redemit,
Nostra suis medicans vulnera vulneribus.
Hic mihi coelestes sunt visi adstare ministri,
Et puer, in Coelum, dicere, sancte, veni.
Suspexi statim, patuerunt limina coeli;
Vidi, quae humano non licet ore loqui.
Tunc me conficiunt acubus (miserabile visu)
Unde meum aeterno vulnere corpus hiat.
Deficio, atque caput dura sub morte reclino
In dextrum, vita sic fugiente, latus.
Tunc meus aethereos conscendit spiritus axes
Nunc ubi, quae vidi, gaudia possideo.
Innumeros transit coelestis gloria mortes,
Et mihi vita fuit sic potuisse mori.
Laetitia incedit, de me sic caede peracta,
(2) Hinc ms. Miut. Hic (2) et gratatur sordida turba Deo.
Post redit ad lautae solemnia fercula mensae,
Improba, sed durant gaudia nulla diu.
Me quoniam

Me quoniam genitor totam cum matre per urbem
Perquirunt tristes, et sine fine vocant.
Et quia rumor erat populum fervere tumultu,
Confestim subter me posuere cados
Post aliquot noctes mensa imposuere cadaver,
Atque ibi psallentes occinuere Deo.
Hinc me submergunt propria cum vaste recinctum
(1) domum ms. miut. Flumina qua subter labitur unda domos (1)
Ut sic extinctus videar; claustrisque retentis
Ferratis praeter non potuisse vehi.
Nam secus abscondi facinus non posse videbant,
Unde et judaeis plurimus horror erat.
(*) Joannes Hinderbacchius Episcopus Tridentinus.
Quod me vicatim quaeri Hinderbacchius (*) ipse
Jusserat: hic Rector maximus Urbis erat.
Et pius Antistes, quo non clementior Urbi
Praefuit ex aequo, justitiamque dedit.
Tunc pueri certis implebant vocibus auras:
Tristia judaeos fata dedisse mihi.
Vel quia coelestis pueriles visitat annos,
Castaque sic pueris Spiritus ora movet.
Unde sui memores latitantia facta recludunt,
Signaque fatidico certius ore notant.
Vel quia non possunt sceleris commenta latere
Ficta diu, unde mali conscia fama volat.
Fama volat totam passim vulgata per Urbem
Tristia judaeos fata dedisse mihi.
(2) multo ms. miut. Curritur, et multus (2) populus furit agmine circum
Ut quondam Boreas cum mare ventus agit.
Ergo ad Pontificem mittunt, qui nunciat, undis
Me exceptum, ulterius non potuisse rapi.
Inventum pueri non ausos tangere corpus
Judaeos quamvis prae pietate velint.
Orare

(1) ut visum veniat ms. miuttino.

Orare; ut veniant visum (1) ne turba putaret,
Si saccus extraherent, forte subesse scelus.
Illicet Antistes Samuelis pergit ad aedes,
Corporeque respecto (2) vulnera cuncta notat.
Cognoscit fraudem, jubet hos (3) in vincula duci;
Et crimen fari, suppliciumque pati.
Ergo raptati curru prius, igne cremantur
Publicitus visi sic meruisse mori.
At Moses, quoniam laqueo finire labores,
Et voluit fato promptior esse suo.
Est datus in praedam pueris, saevumque cadaver
Projectum, haud aliter debuit ille mori.
Hospes, te docui, fuerim qua morte peremptus
Et Judaeorum tristia fata (4) canum.
Atque (5) Divino faciam miracula nutu,
Hic pro me potis est fixa tabella loqui:
Quam mihi suspendit, tanquam soteria reddat;
Expertus nostram plurimus aeger opem.
Haec tibi Cymbriacus non grandi concitus (6) oestro
Ad Cytharam dixit carmina, sancte puer.
In quibus et praesens, et postera perlegat aetas,
Et probet Historiam, martyriumque tuum.
Ipse preces Domino fundes pro Vate benignas
Angelicis mixtus nunc super astra choris.
Ut sibi concessam vivat sine crimine vitam,
Et tandem factus spiritus Astra petat.

(2) inspecto ms. Palladio.
(3) hunc ms. Palladio.
(4) facta ms. Pallad.
(5) At que ms. Pallad.
(6) percitus ms. Pallad.

Finis

EIVSDEM CIMBRIACI ΠΙΝΑΚΕΔΙΟΝ
BEATI SIMONIS PVERI
TRIDENTINI

Hanc tibi Cymbriacus figit, sua vota, tabellam,
Expertus de te, cum foret aeger opem.
Unde tua auscultat nostris miracula chartis
Mandata haec, supplex qui sacra Templa subit;
Atque aliis narrat, qui non videre, probetque
Grande Tridentinum Numen habere solum.
Et sanare homines morbo quocumque laborant,
Expertos medicos nil potuisse manus.
Quin (1) tibi supplicites fundunt pia vota, precesque
Dura catenatis solvere vincla soles.
Ac non legitimo fato revocare abeuntes,
Filaque de Lachesis reglomerare manu.
Ah! quoties mediis turbatus Nauta procellis;
Quum foret aequoreis immoriturus aquis.
In te conversus lacrymantia lumina dixit:
Suppetias, quaeso, fer mihi sancte puer.
Ergo placatis solverunt (2) aequora ventis,
Et salva in portum fessa Carina subit.
Illa memor voti supplex tua limina visit,
Ac dedit auratis Carbasa fixa tholis.
Tu surdis aures, tu reddis lumina caecis,
Tu rectis claudos ire facis pedibus.
Ac vitam extinctis, etiam Plutone negante,
Restituis, Patriae gloria magna tuae.
Ora locuturis solvis (miracula) mutis,
Protinus unde tuam lingua fatetur opem.
Tu sanas, medicis vel desperantibus, aegros
Per te desertos sordida lepra fugit.

Daemonia

(1) Qui ms. Pall.º Quum ms. Miuttino.

(2) siluerunt ms.to miuttino.

(1) Demonium ms. Pall.o — Daemonia expellis, tibi parent tartara Ditis,
Caelestisque tuas excipit aula preces.
Per te sentit opem Miles casurus in armis,
Cognoscunt Numen Martia signa tuum.
Durum captivis rumpit, te praeside, ferrum,
Ac per te liber in sua Castra redit.
Per tua sanantur dispectae Numina plagae
Auxiliis coeunt vulnera saeva tuis.
Quae non Parrhasis constringat semifer herbis,
Phyllirides Chiron, Phaebigenaeque manus.
Nil veris majora loquor, tua Templa citantur,
Et non una sacris fixa tabella tholis.
(2) concessa ms.o Pall.o — Quam tibi suspendit, concessit (2) vota salutis,
(3) opis ms.o Palladio. — In testam acceptae conscius aeger opem (3)
Quae non de nostris poterit cognoscere chartis
Et tamen excisum cuncta videre cupit.
(4) Hunc ms.o Pall.o — Hinc (4) oculis legito, tua qui miracula quaerit,
Ac visum ex alio sedulus orbe venit.
Non mihi si centum sint ora sonantia linguis,
Possim pro meritis omnia ferre tuis.
Quanto plura loquor, tantum mihi plura supersunt
Et vincunt nostram facta stupenda Lyram.
Haec nunc, Sancte Puer, satis est dixisse: subinde
Hic tibi, plus ocii cum mihi, plura canam.

Finis

Cimbr. Poeta Hendecasyl. Epos
ad Angelum Padavinum.

Si tantum datur otium, Padavi;
Ut possis et ineptiis vacare,
Has nugas legito tibi, seorsum
A turba et pueris salariorum;
Nam sunt postribulis procaciores,
Et linguam tamen exerunt trilibrem,
Quum de Castaliis sunt papyris
Cordilli, tunicas minutiores.
Ah tunc dispereunt negotiosis
Noctes vatibus et lutata charta,
Ac emptus bibulae liquor lucernae,
Ingens Pieriis malum poetis.
Hoc ab versiculis meis caveto,
Ne sanna ferar periculosa.
Sic non destituat tuos amores,
Jam casti domini pudens minister,
Quicquid calfacit intimas medullas.

Ad eundem

Pierii cultor nemoris facunde Padavi
Qui potes Orphaeam sollicitare lyram.
Qualiscumque tibi nostrum commendo libellum,
Ut per te possit ire per ora virum.
Tu donatorum laudes efferre per orbem,
Et clarum antiqua nobilitate genus.
Sic vivas longos, Diis concedentibus, annos,
Sisque, precor, domino cura secunda tuo.
Sic illum videas rubrum gestare galerum,
Et fultum quondam nobiliore thoro.
Quod sperare licet, meritis si praemia dentur
Aequa, nec ignavum qualia vulgus amat.

Ad Marcum Antonium Sabellicum.

Versus e rudibus, quos potui, calamis
Ducere, praeludens misi tibi, Marce; liquores
Expecto faciles tuos;
Quos spero plaudae Thespiadas citharae,
Intentas tibi, mellifluo de fonte daturas,
Si mens augurat hoc bene.
Iam nunc purpureos cum calathis itant
Collectum flores lauri cum fronde Napeae,
Serta ut conficiant tibi.
Pallenti clamydem consuit ipsa [illegible]
Candida, ni fallor, tibi Musa, datura poetae;
Sed non invideo tamen.
Qui iam demeruit dicere Pegasides,
Actino dignuserit Musis et Apolline. Quisnam
Est is, qui loquitur mihi?

Hortus, si repetis remeare meos,
Inficias ibunt dare florida serta Napeae;
Hoc dixit mihi Cynthius.
Atra felle dolor, nascitur e iecore amor,
Splene iocus, cordis de corde ressultat imago;
Ieiunum est nil gratia suavior.
Ignotos doce dinumerare pedes;
Quam perfaciles tibi sint in carmine Musae,
Quos nunc sumes lubentius;
Impensos veniant ad calamos animi,
Ut mihi rescribas divino pectine tandem,
Si dignum facis hoc. Vales.

---

1) Questi tre ultimi componimenti del Cimbriaco furono copiati da Ms. del secolo XVIII, presso il Com. Vincenzo Asquini in Udine

Quinti Æmiliani Cymbriaci Poetæ in Pontem
Sublicium Julicasem

Endecasillabicon

Pontem sublicium diu vetustum,
Hunc stratum sylice arcubus duobus,
Quem tu sic pedibus premis sedentem,
Quanti te precor æstimas locatum!
Aut quot millia curruu' tulisse.
Qua nunc materia est Fabris fabriatur?
Hec tu cu' bene cogitaris, utrum
Auctores aperire suos, videto.
Scire hoc te volui hospes, et valere.

Francisci Miutini distichō

Cum proceres nostre, qui magna est gloria Terre
Munifica Pontem constituere manu
Mille quatercentum lanos quater egerat annos
Quinq; semel natus virgine Matre Deus.

[illegible]erunt Galli ad fabricandum hanc nostrā [illegible]
568 ab Urbe condita cōstruxerit Moenia maxi[illegible]
nolita aucuba a [illegible] Marcello [illegible]
ut Livius, et Plinius affirmat deinde [illegible]
cum negociationis Forum [illegible] Pa[illegible] Dia[illegible]
historicus. ubi dicit. [illegible] Aquileia extitit Caput [illegible]
quæ nunc Forum, illud [illegible] quod Julius Cæsar [illegible]
[illegible] ibi [illegible] habetur. [illegible]
[illegible] in 1622 [illegible] Codi[illegible] extat [illegible]
construct[illegible] illa materia [illegible]

BIBLIOTECA CIVICA